



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Sermo XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Quarto deus inhabitat in nobis
 ulterius progreditur plantans et edificans in
 nobis virtutes. Nihil enim omnia predicta pla-
 cerent deo si non essent virtutibus adornata.
 Sicut dicit Bernardus. Deo qui virtutum dominus
 est. nequaquam cordis nisi thalamum ingreditur.
 si non fuerit lectulus cordis virtutibus adorna-
 tus. Et subdit. Quantumcumque te affligas.
 quantumcumque te crucies. non sui copiam tibi tri-
 buit nisi fueris virtutibus adornatus. Debe-
 mus esse ornati. precipue tribus virtutibus theo-
 logicis. scilicet fide. spe et caritate. tandem etiam
 iudicio. misericordia et iusticia. de quo Michae-
 ys. Indicabo tibi o homo quod sit bonum. et
 quid dominus requirat a te. Utique facere iudi-
 cium et diligere misericordiam. et sollicitum ambula-
 re cum deo tuo. Primum exhibendum est nobis.
 Secundum primo. Tertium deo. Primum ergo
 instauramus iudicium contra nosmetipsos de om-
 nibus cogitationibus. affectionibus. locutionibus.
 et operationibus malis nos subtilissime diu-
 dicantes. nec aliquis istorum nos transeat quod
 non discutiatur et diiudicetur. Et si quod inuentum
 fuerit quod non liceat decessat vel expeditur pu-
 niatur. et in reliquum corrigatur. Tale iudicium
 supra modum placet deo et parat locum deo.
 Secundum. Iusticia et iudicium paratio sedis eius
 Illud autem iudicium non nisi propter nos a nobis
 erigitur. Quia si nosmetipsos diiudicaremus.
 non utique iudicaremur dicit Apostolus. Secun-
 do habeamus misericordiam ad proximos. bona
 eorum opera magnificantes et mala fideliter ex-
 cusantes. Hinc Bernardus. Laqueus fuit dei alie-
 ne perversationis esse aut curiosus explorator
 aut temerarius iudex. et si propter rem con-
 prehendis commisisse. nec sic proximum iudi-
 ces. magis autem excusa intentionem. si oportet ex-
 cusare non potes. puta ignorantiam. puta oc-
 casionem. puta subreptionem. Quasi omnino
 dissimulationem rei certitudo recusat. dicitur
 nihilominus apud te. Nihilis vehementer fuit
 ista temptatio. quod de me illa fecisset si acce-
 pisset in me potestatem. Tertio ambulandum
 est sollicitum cum deo quod tanta sollicitudine nos
 et omnia opera nostra intuetur ut etiam dinume-
 ret gressus nostros Job. xiiij. Tu quod deus gres-
 sus meos dinumerasti. sed parce peccatis me-
 is. Domini ergo cautela et omni diligentia eius
 debemus cauere displicentiam etc. **¶**
 Quinto deus habitans in nobis omnem vitam
 nostram sanctificat. interiora nostra diuinitus
 inspirando. Quod contingit cum per priora exerci-

cia bene humiliati dispositi et parati senti-
 mus in nobis flagrantem ignem caritatis. qui vi-
 delicet ignis ex habundanti copia omnium gra-
 tiarum copiosas benedictiones secum affert. ita
 quod implet in nobis illud ex persona dei. Bene-
 dixit tibi dominus. Hodie habuisti ante te ventrem ad te
 nunc autem benedixit tibi deus ad introitum meum.
 Et licet deus aduentu suo variis benedictio-
 nibus nos replet. maxime tamen benedictione tri-
 plici. scilicet mutationis. augmentationis et benedi-
 ctionis. Primo affert secum benedictionem
 mutationis. mutat maledictionem veteris bo-
 minis in benedictionem. Nam ante te venit do-
 minus ad nos illi subiactum maledictionis.
 de quo dicitur in Psalmo. Maledicti qui declinant a
 mandatis tuis. Et iterum Ecce. Maledictus
 qui seruit indignis se. Et quod seruium
 mancipio corporis nostri quod reuera indignum et
 ignobilis est quod nos. et persequens seruium
 diabolo et peccato. de quo dicitur Job. viij. Qui
 facit peccatum seruum est peccati. Et sic ex his om-
 nibus fuimus maledicti. et hec maledictio mu-
 tata est in benedictionem. ex cuius virtute omnia
 in nobis cooperantur in bonum. Secundo portat
 secum benedictionem augmentatam cumulatam
 super nos meritum implet in nobis illud Be-
 neficium. Benedixit illis deus. et ait. Crescite et mul-
 tiplicamini. Et si benedictionem dicat. Crescite.
 scilicet in meritis. et replere terram corporis vestri
 virtutibus merita cumulantes. Tertio benedi-
 cit nos benedictione sanctitatis vel sanctifica-
 tionis. quod ex eius benedictione intus et extra per
 omnia sanctificamur. Unde in Psalmo. Sic accipiet
 benedictionem a domino. et misericordiam a deo salu-
 tari suo. Et hanc nobis prestat etc.

De sancto Gregorio.
 Sermo XIX.

Negociamini domini

In venio. Scribitur Luce. xij. et legi-
 tur ad honorem beati Gregorii in
 festo bodierno. Ipse enim est inter supremos
 negotiatores fidelis et prudens negotiator.
 Qui non solum in tempore suo. Sed et in vita
 sua. verbo et exemplo negotia domini fideliter
 pegit. sed usque ad finem seculi vel ad dies no-
 uissimum scriptis suis dulcissimis auribus et la-
 pidibus preciosos ad edificationem ecclesie non ces-
 sat copiorare. ita quod de eo verificari poterit
 illud Zacharia. xiiij. Non erit ultra mercator in
 domo domini. scilicet filius illi. Et ecce. Non est
 inuentus similis illi. scilicet in doctrina veritatis.

De sancto Gregorio

Ipe fuit qui merito audire meruit a domi
no illud **Matth. xxv.** Euge serue bone et fi
delis. quia in pauca fuisti fidelis. supra mul
ta te constituam etc. **Dec.** de laude eius breui
ter dicta sunt. **A.** **Nunc** quertam? ne
gociū ad nosmetipsos. eo quod etiam nobis dicitur
est verbum positum. **Negociamini** dum ve
nio. **Negociemur** est in spiritu interioris homi
nis. eo quod illa negociatio melior est negocia
tione auri et argenti. **Proverbia. iij.** Illa loca
apta sunt ad lucrandum. ubi non longe ab invicem
sunt loca forensia et multe nundine et vicine
eo quod mercatores sua mercimonia ad eadem
loca vicina facillime possunt transportare. **Co
lotes** igitur mercari et negociari quod in eternum
expedit. ingrediatur nra. i. intellectus et affectus
mentaliter discurretes ad loca vicina. que et
si longe alicui distare videntur. utpote celum et
infernum. spiritu tamen prima sunt et mente veloci
ter omnia percurrere possumus. sine quibus ob
staculo retardate. **Quia** in imagine veloci
ter currit homo. et in actu oculi praesens omnia lo
ca. **Primo** est collectis sarcinulis nris. scilicet
in intellectu et affectu. curramus in interiorum
ad nundinas. **Primo** ad negociationes peccato
rum. **Secundo** ad nundinas defectuum nrorum. **Ter
tio** ad considerationem beneficiorum. **Quarto** ad
nundinas penarum infernalium. **Quinto** ad fo
rum regni celorum. **Sexto** ad vanitates mun
danorum. **Septimo** negociemur aliquid apud
deum deorum. **Primo** negociemur circa mate
riam peccatorum nrorum ponderantes et mensurantes
et numerantes multitudinem et magnitudinem
peccatorum. in his nundinis radium nos exercere
tes quosque lucremur merces omnibus modi di
uitiis meliores. quod est pnia salutaria. **Post**
in ponderibus et mensuris datur et accipit aliquid.
Sic et nos pro pondere peccatorum accipiamus pe
nitentiam secundum qualitatem et quantitatem peccatorum.
Et hec commutatio erit nobis melior et utili
or quam omnes diuitie huius mundi. **Et** hoc est pri
mum lucrum quod in hoc foro lucratur. sine quo nul
lum lucrum in reliquis consequimur. **Quod** si hoc lucrum
scilicet pnia iterum ad aliquid lucrandum (sicut pru
dentes mercatores faciunt) exponimus. tunc
consequimur iterum illo thesauro meliorem. scilicet re
missionem omnium peccatorum. **Docem** sequens est
ut dicit **Crisostomus.** **Quia** homo datur pnia pro pec
catis suis. racione etiam accipit peccatorum suorum re
missionem. **Hinc Berno.** **Ad** vera cognitio nra
peccatorum immediate sequitur pnia sine ulla inter

uallo. **Non** quivere cognoscit malum quod ex
peccato incurrit. a pnia se nullomodo continere
potest. **Quanto** minus deus cuius proprium est mise
reri semper et parcere a remissione se continet cum
viderit pnia veram esse. **Docem** lucro ma
gno persecuto ad alias nundinas peremus.
B. **Secundo** est curramus ad nundinas
defectuum nrorum. **Decem** mercatio in
diate sequitur ad predicta. **Homo** enim sentiens
se per alleviationem conscientie. et attestationem spi
ritus sancti remissionis gratiam persecuto. mira de
votione accingit se ad gratias offerendas. **Et**
ecce assunt quae nos impediunt. videlicet defectus no
stri et reliquiae peccatorum. inquietantes nos. ut
ad gratias referendas caput erigere non valea
mus. et tunc primum incipit apparere negocii
nostri difficultas. **Quia** enim ex prima gra cre
scit voluntas ut prompta sit ad faciendum quod
novit placitum esse deo. **Et** ipsi defectus ad
huc crudeli ex vulneribus noviter sanatis im
pediunt novam voluntatem. dolor super dolores
causatur. et anxietas multa nimis. lugens plus
defectus quam prius ipsa peccata. **Quia Berno.** **Be
nignus** deus non permittit electum suum in princi
pio plus letari quam debet. **Ne** forte ex nimia
spe ad apte gratie sequeret elatio et metis dis
solutio. **Et** sic remanet aliquis difficultas
ut peccata praeterita plus innotescant. **In** hoc ergo
foro si saltem in his nundinis fideliter inten
ti fuerimus. mercabimur lucrum bonum et utile
quod non mediocriter nitescit in thesauro spiritus
libus. scilicet humilitate quam per ceteris fructibus
multum deo placet. et quae super omnes mundi divi
tias facit homines divites. **Et** homines sic
gratos reddit deo quod dicit per **Isaiam** prophetam.
Ad quem respiciam nisi ad humilem et quietum
tremorem sermones meos etc. **L.** **Di
vigitis** ergo aliquantulum defectibus nostris.
tertio discurremus ad nundinas beneficiorum
nrorum a deo receptorum. ruminantes in
cordibus nostris que et qualia et quanta bene
ficia nobis dedit. et inveniemus quam indebitam
miserationem. quam gratuita dignationem. quam stupen
dam dulcedo sit que inclinat deum ut misereatur
nostri. **Quis** enim est iste benefactor. re
vera deus. cuius magnitudinis non est finis.
qui bonorum nrorum non indiget sufficientes si
bi. et tamen cor suum dulciter posuit super nos
miseros et indignos. ac si ex gratia nisi de
penderet omne bonum suum. **Qualia** autem et
quanta beneficia nobis contulit deus scien
dum quod contulit nobis optima que habuit

Omnia enim sub pedibus homini subiecit et celestia et terrestria. Optimum thesaurum suum celum aperuit. et de celis ad terram descendit. et seipsum homini pretulit. Ex his igitur mundanis mercabimur nobilissimas et preciosissimas margaritas. scilicet caritatem. que superat et excelsit omne aurum et argentum. que est virtus nobilissima. Et nihil hominem plus inclinat ad diligendum sicut beneficia creatoris. De quo Augustinus. Ad dei dilectionem in nobis excitanda nutrienda et augmentanda nihil ita valet sicut beneficiorum eius diligens et frequens consideratio. **¶** **¶** Quarto ergo ingrediendum est regionem dissimilitudinis. scilicet mundum istum. et vide quod frequenter sunt ibi mundicie. quate germinant bonitates. vade et per foras et in mundum. et hinc inde decertantes circumspecte. Et quantum colligo in tribu rebus omnia voluptas consistit. Alij enim diuitijs. Alij carnis delicijs. Alij glorie innituntur. De diuitijs dicit Bernardus. Currat ad Indiam et ethiopiā. citius pertransit maria nauigando quam totum orbem ut diuitias congreges. fugis patriam. ignoras filios. diuelleris ab vxore. omnem rectitudinem oblitus quers ut acquiras. acquis ut perdas. perdis ut dolas. Et hoc de diuitijs. Audi breuiter de bonozibus. Dominum te constituerunt. et data est tibi facultas ut miser sis et amplius non querescas. Nunquid in honore sine tribulatione et dolore. in sublimitate sine vanitate esse quis poterit. Si ergo quis gloriā omnibus inuidie semina prebuerit. Idem iudicium est de carnis delicijs. nam cum breuis sit voluptas. et ipsa infecta fetiditate et infeliciter relinquit memoriam. Lotemne igitur hec omnia. Et sic de his mundanis lucraberis mundi pretempus. quod plus tibi fert utilitatis quam vniuersa mundi machina. **¶** **¶** Quinto perge ad mundanas infernales. quas iterum describit Bernardus. Est alia regio dura. locus afflictionis. terra obliuionis. terra miseriarum. terra turbinis et caliginis. terra maledictionis et mortis. in qua nullus ordo sed sempiternus horroz inhabitat. Ibi fetor intolerabilis. ibi percutientes mallei resonant incessanter. Ibi confusio tenebre. tumultuantium densitates. Ibi confusio peccatorum. horribiles facies demonum. Ibi fletus et stridor dentium. Ibi penarum diuersitas. acerbitas et eternitas. Per has tumultuantes mundanas lucratur odium peccati. dicentes in cordibus nostris.

Melius est nobis carere presentibus voluptatibus quam eternis subiacere cruciatibus. ideo ipsas declinamus viuentes. ne moriendo in profundum inferni descendamus. **¶** **¶** Sexto currendum est ad mundanas regni celorum ad regionem gloriosam voluptuosam et gaudiosam. Ibi vniri erunt gloriosi nimis. omnes reges et regine. Ibi tot sunt gaudia quot sunt angeli et sancti ibi congregati. Unde Bernardus. Si haberes aliquos que sciscit te ipsum amares. et de eis bono sicut de proprio gauderis. utique gaudium duplicatum haberes. Si vero duos vel tres aut plures tibi pares in amore possideres. et eos simili felicitate percipias cerneris. nunquid pro illorum numero tibi multiplicantur gaudia. utique. Quomodo ergo modus illius gaudij ab aliquo homine penetrari potest. ubi vltra mille milia et decies centena milia. imo innumerabiles sunt et omnes eadem beatitudine perfruunt. nec aliquis eorum est qui non tam de alterius bono gaudeat sicut de proprio. Sic vnicius electorum de cuiuscumque alterius coelestis gloria speciale est gaudium. quanta ergo ibi poterit esse iocunditas. non sufficit penetrare aut capere mens humana in hac valle miseriarum. Ibi etiam est maxima voluptas. Unde Psalmista. Inebriabitur ab vberitate domus tue. de torrente enim voluptatis tue potabis eos. Iusto autem nomine torrentis celestes deliciae nuncupantur. quia torrentes et multis rivulis affluentibus faciunt inundationes. Sic celestes deliciae ex deo et angelis ac sanctis hominibus in nos influunt. ita quod penitus quasi inebriamur delicijs etc. Peccergo si fideliter spectata fuerint lucrant in nobis gloriosum lucrum et vtile. videlicet desiderium supernorum. quo ad prope nihil amplius libet iterari. **¶** **¶** Septimo currendus est ad mundanas gloriosas omnibus meliores quas deus possidet in seipso. De quo et si nihil dignum dici poterit. eo quod luce inhabitat inaccessibile. et eius scientia exuperat omnes sensum. Aliquid tamen de his que sub ipso sunt balbuciendo loquamur. Unde Bernardus. Anima spiritu sancto afflata per figuras quasdam dei videt que ab ipsa diuina essentia sunt. sed ad veritates essentie in hac vita non pertingit. De his ergo que sub ipso

